



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 148.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Eidem. 148.

Qui turbulentarum animi commotionum tyrannidem, quam plerique nulla vi frangi posse existimant, tyrannicè premit ac subigit, hic & vt fortis & strenuus celebrandus est, & vt tyrannicida.

Eidem. 149.

A Eternitas tanquã ἀειζωότης est, hoc est sempiterna vita. Εὐὸς nomine hoc vocabulū de sola ea natura, quæ ortus expers est, sempèrque sui similis, vsurpari consuevit. Nam immortale, de eo, quod cū ortum habuerit, minimè tamen moritur, hoc est de Angelo, tum de anima prædicari potest. Atque item incorruptibile, de iis quæ quamuis effecta sint, ea tamen conditione fuerunt, vt à corruptione aliena essent. At æternum diuinæ naturæ propriè cōuenit. Ac proinde de adoranda duntaxat ac summe regia Trinitate, quæ nec prius, nec post, nec primum & secundum & tertium admittit, vsurpari solet. Diuinū quippe numen numero excelsius est, ac temporibus præstātius, atque omni cogitatione sublimius. Quanquam enim proprietatum ratione distinguitur: dignitate tamen & essentia copulatur. Distinguitur enim, vt Iudæi & Sabellius confutentur: copulatur autem, vt Arrius & Eunomius dedecore atque ignominia perfundantur. Sic enim in personas porrigitur, vt tamen quantum ad essentiam, quæ comitem prorsus dignitatem habet, copuletur.

Alphio Episcopo, 150.

Quandoquidem omnes, quibus virtus vel ingenti vel exiguæ curæ est, sacerdotij dignitatē diuino nutu tibi concessam esse persuasum habent, quiduis agere debes, vt ne diuinam electionem per insequentis actiones probro ac dedecore afficias. Nā si animum ipse tuum sacerdotij lege coordinaris, ac rectæ quidem rationi imperium affeceris, iracundiam autem ipsi satellitem

Τῷ αὐτῷ. ρμκ.

Ὁ πλὴν τοῖς πολλοῖς ἀβίαισι εἶναι δοκοῦσαν τῆς παθῶν τυραννίδα τυραννικῶς βιαζόμενος, καὶ ὡς ἀνδρείος ἀδεδουλωμένος ἐφέλει, καὶ ὡς τυραννοκτόνος.

Τῷ αὐτῷ. ρμβ.

Ἡ ἀιδότης, οἷον ἀειζωότης ἐστὶν διὸ ἐπιμήτης τῆς ἀνάρχου φύσεως, τῆς αἰεὶ καὶ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡς αὐτὰς ἐχούσης, λαμβάνεσθαι εἴωθε. τὸ μὲν γὰρ ἀθάνατον, καὶ ἐπὶ τῷ γενόμενῳ μὲν μὴ σποθήσοικτος δὲ, οἷον ἐπὶ ἀγγέλῳ καὶ ψυχῆς κατηρρεῖσθαι δύνανται, καὶ τὸ ἀφθαρτον ἐπὶ τῷ πεποιμηθῶν μὲν, κρηττόνων δὲ φθορῶς γεγενημένων, τὸ δ' αἰδιον κυρίως τῆς θείας ἕσεως, ἰδίον ἐστὶν. διὸ ἐπὶ τῆς προσκοικητῆς, καὶ βασιλικῆς τριάδος μόνον λαμβάνεσθαι πέφυκε, τῆς τῷ πρῶτῳ καὶ μετὰ μὴ ἀνεχόμενης, μηδὲ τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον καταδεχόμενης. ἀριθμὸς γὰρ τὸ θεῖον ἀνώτερον, καὶ χροῖον κρείττον, καὶ πάσης ἐπινοίας ὑψηλότερον. εἰ γὰρ καὶ τῆς ἰδιότητος διαίρεται, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ καὶ τῇ ἕσει συναπτεται. διαίρεται μὲν, ἵνα Ἰσδῶοι καὶ Σαβέλλιος ἐλεγχθῶσι. συναπτεται δὲ ἵνα Αρειοὶ καὶ Εὐμόμοι καταχωνισθῶσι. πλατωδόμενον γὰρ εἰς ἑσπεράσεως, συναπτεται καὶ τῆς ἕσεως, ἢ καὶ ἡ ἀξία πάντως ἐπιτεται.

Ἀλφίῳ ἐπισκόπῳ. ρν.

Ἐπειδὴ πάντες οἱ ἀρετῆς καὶ πολυλῶς, καὶ ἑλίχως λόγος, οὐ θεῖς νεύματος τὸ γέρας τῆς ἱερωσύνης δέδουσαι σοι πιστεύουσι, δίχως ἀνείπειν πάντα ποιῆν, ὅπως μὴ πλὴν θείας χειροτονίας τοῖς μετὰ ταῦτα παρατηρηθῶσι καθεβείσης. εἰ γὰρ πλὴν σταντῆ ψυχῆς θεομῶ ἱερωσύνης διακοσμήσας, καὶ τὸν μὲν λογισμὸν τῷ ὄργανον σποδ εἰς ἕσας αὐτοκρά-